

Alte Drucke

**Rerum praeclare || GESTARVM, INTRA, ET EX-||TRA
MOENIA MVNITISSIMAE CI-||uitatis Viennensis, pedestri &
equestri || proelio, terra & aqua, elapso ...**

Wien, 1561

VD16 ZV 27208

Splendidissima Coena, A MAXIMILIANO BOAEMIAE REGE EXHIBITA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149595

rum globos in aerem, ad sydera vsq; torquebat. Hoc genus artificiosissimæ eiaculationis propè crucem extructum cernebatur, vbi & duæ turres papyraceæ iustæ magnitudinis, in hoc præcipuè erant erectæ, vt emittendis ignitis iaculis, alijsq; ad pascendos oculos accommodis veluti propugnaculum essent, è quibus etiam fusos quosdam succenso igni vltra mille conuolutos puluere tormentario ad conuexa euoluebant, hi in area tam horribilem fragorem excitauere, vt vix aliquis loco suo consistere potuerit. His iam omnibus finitis, vnusquisq; in suam stationem rediens, domum quo venerat ordine reperijt.

Splendidissima Cœna, A MAXIMILIANO BOÆMIÆ

REGE EXHIBITA.



VB noctem, Serenissimus potentissimvsq; Boæmiæ Rex Maximilianus &c. opiparanti cœnam, quam dubiam iure appellare possimus, apparare iussit. Mensæ eò, quò antea relatum est, ordine omnes accubuere. Cæterum Gynecæum vt paulò superius commemorauì, in magnifica illa domo ducendis choreis in arcis propugnaculo extructa subsistit, vt cœnæ interfit, quæ ex varijs ijsdemq; exquisitissimis ferculorum generibus instructa, imò eo ordine ac apparatu elaborata erat, vt ingenuè fatear, me talem vix vnquam vidisse. Quanquàm & ego (vt citrà arrogantiam dixerim) non vnâ aut alterâ, sed innumeras viderim. Nam etsi Austria opima & fertilissima sit Regio, omnibus ijs, quæ ad cõmunem hominũ vsum excogitari possunt abundans, tamen Maximilianus potentissimus Boæmiæ Rex &c. pro sua innata munificentia ergò optimos quosq; non contentus patrijs ferculis, ex varijs & peregrinis regionibus quàm plurima ciborũ genera recepit, quæ ni magis ex schola Apitia, quàm collegio fecialium viderentur profecta, hic ordine recenserem. Interim tamẽ me cohibere nō possum, quin illud proferã, quod accubente iam Rege cum cæteris Principibus fratribus, sororibusq; hæc omnia ciborum genera, sapidissimis succorũ multiugis condimentis suffusa,

M iij

ab

ab ipsis nobilissimis purpuratis ac satrapis mensæ fuerint appositæ, cui eâ ratione, quâ antea dixi inseruitum fuit. Inter coenandum resonabant tubæ, cornua, litui, tympana, fistulæ, varijq; cantantium moduli audiebantur, ut quis etiam Orpheus unâ cum Musis adfuisse dixisset.

Quomodo Imperatoria

MAIE: TRIPVDIATORIAM DO-

MVM INGRESSA, CHOREAS DV-

ci spectatum venit.



Vmpra iam coena, Serenissimus, Potentissimuscq; Maximilianus Bohæmiæ Rex &c. Illustrissimus Bauariæ Dux Albertus, Serenissima Bohæmiæ Regina, Ferdinandus & Carolus Austriæ Archiduces fratres amantissimi &c. præterea & alij

Principes ac proceres gentilitio nomine clari, unâ cum Gynæceo, in palatinas ædes ad Imperatorem Inuictissimum sese contulerunt, quo cum esset peruentum, debitaq; parenti reuerentia exhibita, Imperatoriam Maiestatem, honoris ergo in domum illam choreis destinatam, deduxêre. Vbi loco solito, (ut antea re- tuli) in Imperiali solio confedit. Inde, cum ceteri omnes, loca sibi designata occupassent, confestim choreæ duci inceptæ sunt, in quibus ducendis, tanto cum decoro, tanta cum modestia & reuerentia omnia peracta sunt, ut non humanæ, verum Deorum immortalium choreæ dici potuissent. Hæ in duodecimam usq; horam cum essent protractæ, victoribus præmia eo quo sequitur modo distributa sunt, miro & decenti quodam à Dominis Bra- beutis & fecialibus obseruato ordine, quemadmodum ex sequen- tibus dilucidè cognosces.

Quibus in his ludis Mar-

TIALIBVS VIRTVTIS ERGO

PRAEMIA DELATA SINT.

Posteaquam